Illmus D. se contulit ad præfatu Monte cu suis conuisitatoribus, et Officialib. eiusd. montis, qui fd. erectus uigore facultatis Sac. Cong.nis Concilij sub die 16 Julij 1700 cu dote, et Capitali scutor. octingentor., ex quib. sexcenta præbuit Hospitale S. Jois Euangelistæ, et scuta ducenta pietas Emi Cardinalis Benedicti Panfilij, et cu Capitulis originalib. insertis in Visit.e Epi Aleotti fol. 444, quæ quid. Capitula confirmauit, et ad ungue obseruari mandauit.

Mandauit etia Officiales efformari statu d. montis, et exhiberi, nec n. singulis Annis exigi, et reddi respectiue ratione, sub pœna priuationis ab Off.o. Hodie Cap.le adscendit ad scuta 1204, et bol. 56. fol. 393

De Hospitali S. Jois Euangelistæ

Erectu fuit ex pijs dispositionib. Benefactor., et sub Epo Sillano declaratu fu.t Ecclesiasticu, atq. Jurisditioni Ordinarij immediate subiectum

Possidet multa bona, quor. fructus adscendunt ad scuta quatuorcentu, et quinquaginta circit. ut in actis p. 2 fol. 38 ubi adnotatus est et exitus sub administrat.e Prioris, Exactoris, et quatuor Discretor. quos mand.t reddi ratione

Dicti Officiales eligunt. quotannis p Confres Congregationis in d.o Hospitali erectæ, cuius Sodales in Processionib. alijs fun

alijsq. functionib. utunt. vestibus albis
Officialib. insuis ysoluunt. stipendia infra nempè
Priori scuta quatuor
Discretis scutu unu pro quolibet
Exactori scuta viginti quinque
Cancellario scuta decem
Guardiano Syluar. scuta triginta, et ob. 20.
Hospitalarijs scuta quatuordecim, cu mensuris quatuor
Olei libris 40 Salis, sapone quantu satis, et uno par
Calceamentor. pro Hospitalaria.
Persoluit ulterius Hospitale Monialib. S. Rocchi, et Au-
gustini scuta sexcentum
Itē tribus Canonicis ab ipsa Congregat.e nominandis scuta
108, nempè triginta sex pro quolibet, cu onere celebran-
di missa quotidiana in Eccla Collegiata alternati-
vè p hebdomadas, et assistendi Infirmis alternativè
p Annu ut in actis p. 2. fol. 392
Can.ci ad presens sunt
Can.cus Petrus Antonius Josarini
Can.cus Petrus Porcacchi, et
Can.cus Bartholomeus Bartoli
Itē ex antiquo instituto dotant. quotannis sub die festo
S. Joannis sex Puellę cu dote scutor. viginti quin-
que pro qualibet, traden. tempore Nuptiar., preter
vestem alba, quę prestat. dicta die
Visitauit itaq. prima mansione Infirmor. ubi adsunt dum.

taxat octo Cubilia, et mandauit augeri, usque ad duodecim, et loco pedum, et columnarum lignearum fieri columnas, et pedes ferreos

In mansione pro Sacerdotibus, mandauit similiter Cubilia prouideri de pedibus ferreis, et apponi singulis Sac. Imagines.

In mansione pro mulieribus confici aliud Cubile nouum, et Ianuam muniri sera, et claui, in reliquis confirmauit decreta B. M. Epi Aleotti nempe primo.

Quod ultra expensas ut supra expressas, aliasque enunciatas in dd. Decretis, non liceat Officialibus erogare pecunias, et fructus d. Hospitalis ad alios usus, quam ad illos, qui respiciunt utilitatem d. Hospitalis, et Hospitalitatis, sub pena refectionis de proprio sine licentia D. S. Illmae, et Rmae.

Secundo quod non liceat eisdem absemdere facere, sive uendere Siluas Ceduas, nisi premissis debitis diligentijs, et publicatis Edictis, et prequia licentia ut supra Venditio fiat ad extinctionem Candelae maiori oblatori, sub penis ut supra.

Tertio, quod fructus Siluarum, atque arborum uendantur similiter ad extinctionem Candelae premissis ut supra.

Quarto, quod quilibet ex ... adnotare debeat in folio Elcemosinas per ipsum distributas, cum die, nomine, et Cognomine Personarum, quibus datae fuerint, et fol. subscriptum, et iuramento firmatum consignari

debeat quo-

debeat quolibet die Dom.co in manibus Prioris, et Cancella-
rij, et ab istis reponi in archiuio ad effectum semper vi-
di possint rationes, etiam de Eleemosynis

Quinto quod dicti Discreti, antequam admittantur ad exerci-
tium iurare debeant in manus Prioris, et Cancellarij
pro tempore ad Sancta Dei Euangelia de fide in
dispensatione Eleemosinarum Personis vere indigenti-
bus posthabitis affectionibus, siue passionibus quibuscumque

Sexto, quod benigne recipiantur Infirmi, siue Ciues, siue
exteri, et preter alimenta illis dentur medicinalia ordinan-
da per Medicum, donec eius Iud.o conualuerint

Septimo, quod tam Infirmi prefati, quam Peregrini morbo
grauati, aut Claudi, qui pedibus incedere non possunt pro-
uideri debeant de uectura, usque ad Hospitale Loci
proximioris.

Octauo, quod exceptis Infirmis ut supra admittantur dumtaxat
Sacerdotes, qui veri Peregrini sunt ad exclusione Biantiam
ipsis tamen non liceat permanere ultra diem, nisi Priori pro
tempore ex rationabili causa aliud in Dno expedire uideatur

Nono, quod non recipiantur Mares cum feminis, nisi ex documen-
tis constet eos esse pro Consanguinitatis gradu coniunctos,
siue Matrimonio copulatos

Decimo, quod feminae seiunctae ab hominibus pnoctent in mansione
pro ipsis destinata, quae nocturno tempore clausa sit, nec ape-
riatur, nisi post ortum solis ab Hospitalaria, penes quam
claues stare debeant, sub pena priuationis Officij

Vndecimo, quod in mansionibus nuncupatis il Cegnaido pro Bian-

tibus, admittantur dumtaxat Euntes masculi, ac pro unam sola nocte, reservata tamen facultate Priori ad retinendum usque ad tres dies ex iusta causa.

Duodecimo mandauit in libro parti notari dicti nomina, et cognomina, Patriam Infirmorum, diemque accessus, recessus, aut mortis.

Processit ulterius Illmus D. ad uisitationem Mansionis, quae inseruit pro Archiuio, et inuenit ad formam.

Visitauit insuper Capsas in quibus retinentur mobilia, et inuenit ut supra.

Visitauit etiam Capsam in qua retinentur pecuniae, et mandauit in posterum pecunias non amoueri, nec erogari in alium usum, quam pro seruitio, et Beneficio Hospitalis, et sub poena Excommunicationis ipso facto incurrendae.

Mandauit insuper, quod si contingerit reluendi census, sortes eorundem deponi debeant in sacro Monte Pietatis, ut semper doceri possit de inuestimento, sub poena Excommunicationis ut supra.

Visitauit denique Oratorium in quo Confratres conueniunt ad preces iuxta laudabile eorum institutum, et inuenit ad formam.

Die 10 Septembris 1710 de mané

Illmus D. se contulit ad Ecclesiam RR. PP. Carmelitarum discalceatorum, ibique honorifice à Priore, et alijs PP. receptus, celebrauit in Altari Maiori missam cum deuotione.

De Olevo

Die d.a 10 Septembris de sero

Illmus D.